



Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

Anonymvs Martyr Ratispon.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

ANONYMVS MARTYR

RATISPON.

Post annū CIO. CC.
LXXVII.
Incertum quo.
Ex literis & responsis
PP. Dominicanorum
Ratisponensium & a-
liorum.



Corpus anonymi Martyris Ratisponæ sub altari templi hodie seruari testatus est Antonius Nugius qui anteaquam multos annos parochum egit Carthusiæ, jamq; vixit. Ecclesiastes Ratisponensis Ioannes Sallerus de Societate nostra rogatu meo studiosè & curiose perquisiuit omnia, deque ea re ita ad me perscripsit.

Quæ Reuerentia vestra petijt ante mensem, tandem primo Aprilis cognoscere cepit. Nam citius ex RR. PP. Dominicanis nil potuimus elicere. Videntur rem in aduentū sui P. Prouincialis distulisse, qui, ut venit, curauit duos libros chronologos in collegium deferri. Alter notus Augusta, qui vnus Inquisitoris ob fidem occisi meminit. Nomen Paganus de Bergamo. Videatur Conradus Cittardus de anno 277. fol. 32. Alter nunquam hactenus mihi visus, auctorem habet P. Lectorem Georgium Epp. VVimpinensem Dominicanum. Titulus huius libri est, De illust. viris ac sanctimonialibus sacri ordinis Prædicatorum. Facit etiam iste vnus Inquisitoris Martyris Pagani fol. 7. col. 1. mentionem. Sed non fuit Ratisponensis ille M. Paganus de Bergamo, quem laudat Antonius Senensis in Chronico Prædicatorum anno CIO. CC. LXXVII. Frater Bergomensis &c.

B. Epimachi nulla apud Ratisponenses memoria, nullum vestigium. Mihi cum Ratisponæ essem, Prior cœnobij aperuit, Martyri illi, qui sepultus est in æde Dominicanorum, esse ab aliquo nomen Epimachi impositum, eo quòd verum nomen ignoraretur. Nos interim nouum hunc Adauctum, qua fide traditur, eadem Martyrem colamus.



CONRA.

ANONYMVS MARTYR RATISPONENSIS.



Quia non longa dies corruptis: nomina delet,
 Nomina perpetuo vivere digna die.
 Moenia prostermit senium, turresq. supinat,
 Stormere quae poterant fulmina nulla tonis.

Esurit et ferrum, chalybem vorat, haurit Atlantes,
 Absumit terras, obibat Oceanas.
 Non satis hoc! caeteros etiam rapis o'salpe, Diva?
 DEBVI HOC SALTEM NON LICUISSE TIBI.

CONRA.

LE MONTE MO. CH. KATHOLIK

MONTE MO. MARTYR KATHOLIK



ADAM